THESES
THEOLOGICÆ CRITICO-DOGMATICÆ
EX TRACTATU SS. TRINITATIS DESUMPTÆ

Quas recurrentibus Solemniis

DIVÆ CATHARINÆ V. ET M.

STUDIORUM AUGUSTINENSIUM PATRONÆ

Publicè defendendas
In Templo S. MARGARITÆ Tarvisii
die xxv. Novembris Hora 21.

dato etiam post Tertium Omnibus arguendi loco

Admodum Reverendo Patri

CAROLO ANTONIO TOMBESANI
VERONENSI

Lectori Emerito Tarvisinæ Provinciæ Ordinis S. Hiæronymi
Congregationis B. PETRI de Pisis
PROVINCIALI MERITISSIMO

In perenne devotionis Argumentum


D. D. D.

Fr. NICOLAUS MASSARA A CATHACIO
AUGUSTINIANUS

Magister Studii,

nec non ejus Assistens P. Fr. FELIX MARIA FIORIO
de Verona

In eodem Cœnobio S. Theologiæ Regens.



TARVISII, MDCCXLVI.

TYPIS GASPARIS PLANTÆ
SUPERIORUM PERMISSU.

92

P. CAROLUM ANTONIUM TOMBESANI
ORDINIS S. HIERONYMI CONGREGATIONIS B. PETRI DE PISIS
VIRUM AD QUÆVIS ILLUSTRIA NATUM,
Ingenio, Honeſtate, Converſatione
Spectabilem,
Bonarum Artium Amatorem,
Sacrarum ſui Ordinis Legum Vindicem,
Litteratorum Decus,
Dum primarias Provinciæ Cathedras
Moderator olim regeret, & quidem præ cæteris Veronenſem
Omnibus acceptum,
Singulis perutilem,
Apoſtolicam Majeſtatem ad Ser. Venetiar. Rempublicam publicè Ferentibus,
nec non ejuſdem ampliſſimæ Ditionis Epiſcopis quamplurimis
Funditùs notum,
Apprimè charum,
Tarviſinæ Provinciæ ſui Ordinis Patrem, Rectorem, Præſulem
amantiſſimum, ſuaviſſimum, rectiſſimum
Fr. NICOLAUS MASSARA Auguſtinianus Studii Magiſter
inter Clientes ſuos obſequentiſſimus
Theſium ſuarum Patronum, ac Mecenatem
Suo, ſuique Regentis Nomine
Supplex rogat. Lætus habet.



194

I.

Licèt nonnulli cum Claudiano Mamerto, & Abaleardo Altissimum Trinitatis Mysterium, quod est fundamentalis totius Religionis Catholicæ articulus, triplici hypostasi, *Bono* nempe, *Verbo*, & *Anima mundi* a Platone cognitum fuisse arbitrentur (quam probabiliter ex Hebræorum libris, ipsum excerpsisse dicimus) quemadmodum & a quibusdam aliis gentilibus Philosophis, qui de Augustissimo hocce Arcano digniùs fortassis locuti sunt; negari tamen oportet, illam accuratam esse, ac rectam Sanctissimæ Trinitatis Doctrinam, atque istos longè latèque haud fefellisse.

II.

At mirum non est si Philo Judæus in Lege, ac Scripturis versatissimus quędam dixerit fidei Sanctissimæ Trinitatis consona, (floruit enim initio prædicationis Evangelicæ) videtur tamen, quoniam Platonicæ Sectæ fuit alumnus, nec satis apertè, nec absque erroris suspicione, distinctas in Deo Personas admisisse. Suppositițium verò cum Criticis omnibus peritis existimamus, atque ab aliquo vel primi, vel secundi Ecclesiæ sæculi Christiano confictum, quod circa Sacrum hocce Mysterium a Mercurio Trismegisto fertur exaratum.

III.

Ut verò contrà Socinianos recentiores, Crellium nempè, Wolzogenium, aliosque Polonos, qui à Lęlio, & Fausto Senensibus Civibus impiæ sectæ nomen accepere, fides Individuę Trinitatis adstruatur, decernimus, antiquis Judæorum Patriarchis, Prophetis, Virisque Sanctitate conspicuis hujus Mysterii revelationem, communi tamen Judæorum vulgo meritò reconditi, elargitam fuisse; nec non in veteri Testamento fontes hauriri, ex quibus Personarum Trinitas facilè comprobatur.

IV.

Ex novo autem Testamento, cum prima fronte expressius sese offerant ad demonstrandam in una Individua Na-

tura

tura Trinitatem Personarum tres potissimum hic indicati textus, quorum primus ex Luc. 3. v. 22. *Et descendit Spiritus Sanctus corporali specie in ipsum, sicut columba, & vox de Cœlo facta est: tu es Filius meus dilectus &c.* secundus ex Matth. 28. v. 19 *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* tertius ex v. 7. primæ Epist. S. Joannis cap. 5 *Tres sunt, qui Testimonium dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt &c.* ideò ex his eadem a nobis apertissimè demonstratur.

V.

Quapropter hunc postremum versiculum septimum esse ejusdem S. Joannis germanum quidem, non adscititium, neque dolo, vel oscitantia intrusum invictè propugnantes, veritatem inde ipsius, atque auctoritatem a compluribus Ecclesiæ Patribus jam ultrò citròque perspectam, gravissimis momentis vindicamus.

VI.

Hinc quoque credere fas est, hoc idem Trinitatis Mysterium haud obscure expressum fuisse in tribus præsertim Symbolis, *Apostolico* Sc:, *Nicæno*, seù *Constantinopolitano*, & *Athanasiano*, quorum & si primum ab Apostolis reverà conditum tueamur; tertium tamen a genuinis S. Athanasii operibus probabiliter expungere possumus.

VII.

Nec sub silentio prætereundus est celebris ille, atque Eucharisticus hymnus *Te Deum laudamus*, in quo quam clarè, quam apertè Catholica Trinitatis veritas eluceat, confirmeturque, neminem fugit. Hunc autem a Sanctis Ambrosio, & Augustino, quidquid dicant Eruditi etiam plures, editum fuisse gravissima veterum monimenta probant, quibus undequaque rimatis, videtur nullatenus esse contradicendum.

VIII.

Porrò Filium Dei, secundam Trinitatis Personam, etiam antequam in Utero Virginis conciperetur, præextitisse, semperque fuisse apud Patrem contra Cerinthum, Ebio-

Ebionitas, & Socinum, fatemur edocti Sacris paginis ad Philipp. 2. *Qui cum in forma Dei esset &c.* Joannis 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum &c.* Et ex cap. 8. ejusdem: *antequam Abraham fieret ego sum &c.* Quæ quamvis extortis interpretamentis conetur eludere Wolzogenius Socini partes secutus, invincibilia tamen esse satis superque constat.

IX.

Ipsum tamen Divinum Verbum eamdem habere cum Patre substantiam adversus Arianos, eruimus ex verbis primæ S. Joannis Epist. cap. 10. *Ego & Pater unum sumus &c.* cap. 5. ejusdem Epist. *Et sumus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus &c.* cap. 1. Evangelii: *Et Deus erat verbum &c.* ex 2. D. Pauli ad Colossens. *in quo habitat plenitudo Divinitatis &c.* quæ verba falsis cavillationibus cum Socinianis detorquere, iniquissimum est; Unde ritè atque opportunè a Sacrosancta Nicæna Synodo vocabulum *ομοουσιον* fuit receptum, ipsique Symbolo additum, & consecratum.

X.

Ex his ad Patres Antenicænos ab omni prorsus Arianorum labe vindicandos progressuri, asserimus 1. S. Ignatium Martyrem Verbi Divinitatem apertissimè tradidisse. 2. Justinum Martyrem affirmasse. 3. Arianis, aut Sabellianis nedùm non favisse Athenagoram, neque S. Irenæum, verùm etiam Verbi Divinitatē Utrumque validè propugnasse. 4. Injustè etiam Arianismi insimulari a Joanne Clerico, aliisque Impostoribus Sanctum Clementem Alexandrinum.

XI.

Verùm quamvis probabiliter, uti pretendimus, Tertullianus ejusdem Verbi non improbaverit Divinitatem; Eusebii tamen Cæsariensis fidem circa ejusdem Verbi consubstantialitatem in ambiguo versari contendimus.

XII.

Quod dicitur de Liberio Papa (quoniam Viri ingenui est non contradicere veritati) arbitramur non secundæ, non


non tertiæ Syrmiensi formulæ, sed primæ ipsum subscripsisse; Et Hosium Episcopum Cordubensem post præclara merita Arianæ impietati coactum fuisse consentire; at in miserando tamen lapsu nec diu vixisse, nec obiisse jure meritòque traditur.

XIII.

Reliquum est, ut aliqua de Spiritu Sancto statuamus, quem 1. Personam esse, docet Joannes cap. 14. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Ipsumque verum Deum, consubstantialem Patri, & Filio, ostendunt verba Actorum 5. *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto &c.* & infra v. 4. *Non es mentitus hominibus, sed Deo &c.* Ejusdem etiam Divinitatem declarant ejus attributa, quæ expresse leguntur in Job. 33. *Spiritus Dei fecit me &c.* In 1. ad Corinth. 2. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei &c.* & in cap. 6. ejusdem Epist. *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti?*

XIV.

Verba tandem Joannis cap. 16. *Si autem non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos &c.* & v. 14. ejusdem capitis: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis &c.* satis clarè concludunt, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. Immeritò proindè Latini redarguuntur a Græcis, propter additam particulam *Filioque*.




non tertiæ Syrmienſi formulæ, ſed primæ ipſum ſubſcripſiſſe; Et Hoſium Epiſcopum Cordubenſem poſt præclara merita Arianæ impietati coactum fuiſſe conſentire; at in miſerando tamen lapſu nec diù vixiſſe, nec obiiſſe jure meritòque traditur.

XIII.

Reliquum eſt, ut aliqua de Spiritu Sancto ſtatuamus, quem 1. Perſonam eſſe, docet Joannes cap. 14. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Ipſumque verum Deum, conſubſtantialem Patri, & Filio, oſtendunt verba Actorum 5. *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto &c.* & infra v. 4. *Non es mentitus hominibus, ſed Deo &c.* Ejuſdem etiam Divinitatem declarant ejus attributa, quæ expreſsè leguntur in Job. 33. *Spiritus Dei fecit me &c.* In 1. ad Corinth. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei &c.* & in cap. 6. ejuſdem Epiſt. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti?*

XIV.

Verba tandem Joannis cap. 16. *Si autem non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos &c.* & v. 14. ejuſdem capitis: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis &c.* ſatis clarè concludunt, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. Immeritò proindè Latini redarguuntur a Græcis, propter additam particulam *Filioque*.



non tertiæ Syrmienſi formulæ, ſed primæ ipſum ſubſcripſiſſe; Et Hoſium Epiſcopum Cordubenſem poſt præclara merita Arianæ impietati coactum fuiſſe conſentire; at in miſerando tamen lapſu nec diu vixiſſe, nec obiiſſe jure meritòque traditur.

XIII.

Reliquum eſt, ut aliqua de Spiritu Sancto ſtatuamus, quem 1. Perſonam eſſe, docet Joannes cap. 14. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Ipſumque verum Deum, conſubſtantialem Patri, & Filio, oſtendunt verba Actorum 5. *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto &c.* & infra v. 4. *Non es mentitus hominibus, ſed Deo &c.* Ejuſdem etiam Divinitatem declarant ejus attributa, quæ expreſsè leguntur in Job. 33. *Spiritus Dei fecit me &c.* In 1. ad Corinth. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei &c.* & in cap. 6. ejuſdem Epiſt. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti?*

XIV.

Verba tandem Joannis cap. 16. *Si autem non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: Si autem abiero, mittam eum ad vos &c.* & v. 14. ejuſdem capitis: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis &c.* ſatis clarè concludunt, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. Immeritò proindè Latini redarguuntur a Græcis, propter additam particulam *Filioque*.

